

Admodum Ill/ris et R/me D/ne.

Gratissima mihi fuit refrectio memoriae veteris amicitiae nostrae, tum per litteras R/mae D.V/rae, tum per vivam vocem R/mi D. Episcopi Germanicensis. Gaudeo ex mea schola prodierisse non solum milites Christi, sed etiam duces, qui fortiter, et alacriter praeliantur praelia Domini adversus Principes, et potestates tenebrarum, qui per haereticos praecipue crudelissime grassantur in populo Dei. Obtuli operam meam Procuratori Amplitudinis Vestrae R/mae, et si opus erit re ipsa illi adero, dummodo ipse in tempore me admoneas.

Valeat R/ma D.V/ra et pro me communem Dominum exorare dignetur ut qui tam longo tempore disjuncti fuimus, in coelesti Hierusalem conveniamus, et in aeternum non separemur. Datum Romae die 26. Novembris 1616.

---

Arch.Vatic. Gesuit. 22 epist. CLXXIV.